

ILLUSTRI PER QUAM MAGNIFICO AMPLISSIMO
ATQUE CONSULTISSIMO
VIRO
DN. HENRICO GERHARDO
SCHUMACHER


JCTO EXCELLENTISSIMO
QUUM POST ORNATAM EGREGIE XXIII. ET QUOD EXCEDIT ANNOS
SENATORIAM SPARTAM
GRAVISSIMAQUE QUAM PLURIMA REIP. MUNERA LAUDATISSIME GESTA
ANNO MDCCLI, DIE XV. JUNII

AD
CONSULARE FASTIGIUM
PLAUDENTIBUS OMNIBUS FONIS EVEHERETUR
SCHOLA BREMENSIS

ACCLAMABAT
FELICITER!

CALAMO
HENRICI HEISEN

PROFESS. ELOQUENT. AC. PŒS. PUBL. BIBLIOTHECAR. ET PÆDAGOGIARCHÆ.



*Non VIR SUMME gemam, Schola tibi viduas scholarchas
Ulla cui visdum scela rulare parant?
Dicite Pierides, quis munificentior alius
Vos alere, & vestras edificare domos?
Dicite Vos, major quibus est commissa juvenus;
Vos istidem, quorum pendet ab ore minor!*

*Carculum, & Altra Dextera prompta TUÆ!
Dilectum Clarissimæ, patrique Heliconis Ocellæ
Nomen, quod æquum dignitate, & honoribus hunc
Pertulit, meritis gloria digna TUÆ.
Sic volo, sic jubeo, sic Vobis, Vosque sequenti
Aonidum turbæ, convenit esse piis.*

CONSULARE FASTIGIUM

PLAUDENTIBUS OMNIBUS TONIS EVFHERETUR

SCHOLA BREMENSIS

FELICITER!

HENRICI HEISEN

Ulla cui vixdum secla tulere parem?
Dicite Pierides, quis munificentior alter
Vos alere, & vestras ædificare domos?
Dicite Vos, major quibus est commissa juvenus;
Vos itidem, quorum pendet ab ore minor:
Dicite; sed neutros Vestrum quod dicere posse,
Vel confessa negans dixerit invidia.
Dicite utrique tamen, num quod præsentius unquam
Præsidium dederint Fata bonusque Deus?
Aut multum fallor, Vos aut adsurgitis omnes,
Hocque quiritantum profilit ore melos:
Non equidem, prisicum redeat licet Orbis in aurum,
Discupiat noster mitius Ordo Caput:
Non equidem, prisicum sermo Latialis in aurum,
Optet, si redeat, dignius ille Caput.
Mæcenas, pariterque Maro redivivus in uno
Nos SCHUMACHERO deseruisse potest.
Jam quoque nostra pedi quam Calliope timet ægro,
Ne vultum temeret, culte Poëta, TUUM?

Sive premamus humum, sive premamur humo
Nos, qui nunc agimus sincero pectore grates;
Perstabit meritis gloria digna TUIS.
Sic volo, sic jubeo, sic Vobis, Vosque sequenti
Aonidum turbæ, convenit esse piis.
Mittite nunc lacrimas, bona mecum dicite verba,
Et volitent faustæ lata per ora preces.
Sit multum felixque diu nova sella Curulis,
Et SOCERUM revehat Consul atque PATREM;
Alterius remeet senium, sed utrumque reducat
Publica conspicuis dotibus aucta salus.
Qualis perpes erat placidusque vigilque Scholarcha,
Talis sit Consul civibus atque mihi.
Hac Fasces moderante Manu, dea Copia pleno
Cornu Urbem, & nostros dives inundet agros.
Quæ fortuna DOMUS, quæ præstantissima CONJUX,
Et floret SOBOLES, floreat usque nova.
Annuat his votis, coeli qui temperat axem!
Annue, qui civis cunque vocare probus!

BREMÆ,

TYPIS VIDUÆ B. H. C. JANI, QUONDAM ILLUST. GYMNASII TYPOGR.

